

1753, 20.
DISPUTATIO IVRIDICA
VIGESIMA TERTIA
**SELECTIORA IVRIS
PRINCIPIA**

A D

ORDINEM DIGESTORVM EXPOSITA
LIBRI XVI. SPECIMEN I. CONTINENS

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS

INDVLTV

P R A E S I D E

IO. TOBIA RICHTERO

PHIL. ET I. V. D. NEC NON PROF. PVBL. ET
COLLEGII MINOR. PRINCIP. COLLEGIATO

AD DIEM VII APR. A. C. N. MDCCCLIII.

H. L. Q. C.

PUBLICE VENTILANDAM PROPONIT

CAROLVS HENRICVS KVPPERMANN

G V R E N A - L V S A T V S.

L I P S I A E
LITTERIS LANGENHEMIIS.

W. D. G. f.

**SEPLICATIO RAVI
TRINIPATIA**

**ORDINUM DICO STORAM EYLOSTIA
PIERL ZA SPECIOMEN I GONTHINES**

**HILVATIA ICTORIUM ORDINIS
INDAYA**

JO. TOBI A RICHTERIO

**COLLEGIIS MINOR PRINCIPAL COLLECTORIA
AD DINUM ALIV ALVE IN MEDOCINI**


**AD EGD EGD
AD EGD EGD**

**ALVACH AVANTIANA PROTONINT
CAYOLAS HENRICAS LAPPERMANN**

**CAYOLAS LAPPERMANN
CAYOLAS LAPPERMANN**

**CAVEXA LAPPERMANN
CAYOLAS LAPPERMANN**

5. D. 1875



Q. D. B. V.

SELECTIORVM IVRIS
PRINCIPIORVM
AD DIGESTORVM
LIBRVM XVI SPECIMEN L

Inutilis est multum de causa Scti Velleiani disputare, an illa sexus imbecillitas ^a) vera sit, an vero quaedam substituenda sit alia.

Quod enim hoc Scto constitutum est, ius singulare continet ^b) cuius causam scire vel ideo parum iuuat, quoniam ea, quae contra

A 2 iuris

4 SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

iuris rationem introducta sunt, ad consequentiam produci non possunt. ^{a)} Deinde Legislatoris intentionem hac in re, etiam absque SCti causa perspecta, satis intelligimus, cum claris verbis dictum sit; *factum est Senatus Consultum, quo plenissime foeminis omnibus subuentum est.* ^{b)} Denique qui nimium de illa causa solliciti sunt, facillime in deuia deducuntur, quandoquidem vel eam iocose, nec sine foeminarum iniuria, demonstrant, videlicet:

*Quid leuius fumo? flumen, quid flumine? ventus
Quid vento? mulier, quid muliere nihil?*

vel contra legislatoris mentem dubitant, vtrum iis etiam foeminis conseatur subuentum, quae virili animo moreque agunt, et imbecilles vix appellari merentur.

- a) de qua in L. 2. §. 2. ff. ad SCt. Velleian.
- b) arg. L. 4o. pr. ff. de condic. indebiti L. 9. C. eod.
- c) L. 14. ff. de legib.
- d) L. 2. §. 1. ff. ad SCt. Velleian.

II.

Masculus qui vna cum foemina pro alio fideiussit, subducta foemina in solidum teneatur ^{c)}

tur: ^{a)} at vero si masculus et foemina expromittendo alienam obligationem in se suscep-
runt, ille tantum pro rata, haec plane non obstringitur. ^{b)} Quaenamvero est ratio diuer-
satis? Priori casu masculus ideo in solidum
tenetur, quia foemina, quae cum illo simul fi-
deiuferat, ob SCtum Velleianum ciuiliter non
est soluendo, eoque casu confideiuissor solus
in solidum obstringitur. ^{c)} Sed altero casu ma-
sculus ob expromissionis naturam obligatur
tantum pro rata, quoniam expromittens alte-
rius obligationem initio statim plane, attamen
cum foemina diuisam in se suscepit. Idem-
que haud obscure constituit imperator GOR-
DIANVS. ^{d)} Deinde Lex deficit, qua ex-
promissorum alter in solidum teneatur, quo-
ties alter non est soluendo.

- a) L. 48. pr. ff. de fideiuisorib.
 - b) L. 8. C. ad SCtum Velleian.
 - c) L. 10. §. 1. C. de fideiuisoribus.
 - d) in all. L. 8. C. ad SCtum Vellei.
- Obst. all. L. 48. pr. ff. de fideiuisorib.

III.

Foemina quae apud Germanos iurisdi-
ctione patrimoniali gaudet, SCto Velleiano

A 3 nihilo-

6 SELECTIORA IVRIS PRINCIPIA

nihilominus munita est. Hac enim Lege omnibus foeminis indistincte subuenitur:^{a)} quae vero iurisdictionem exercet, adhuc est et manet foemina, nec ideo, quod iudicis partibus fungi queat, mutare sexum conspicitur. Nec adeo ratio, cur foeminae iurisdictionem habentes hac parte deterioris sint conditionis, quam aliae, quae tantum in numero subditorum reperiuntur constitutae. Accedit, quod nec *Senatus Romanus* dum conderet SCtum, nec imperator *IVSTINIANVS* dum illud tanquam suam Legem Corpori Iuris inseri curaret,^{b)} de his foeminis iudicibus cogitauerit, siquidem tunc temporis iurisdictio, quemadmodum in Germania, praedio cohaerere foeminisque concedi non solebat; quare tanto minus probabile est, in iis exceptionem, de qua quidem Leges ipsae silent, leglatorem statuere voluisse.

a) L. 2. §. 1. ff. de SCto Velleiano

b) L. 1. §. 5. 6. C. de veter. iur. enucleand.

Dissentire videtur *CARPZOVIVS* ob rationes P. II.
Conf. XV. def. 9. allegatas.

IV.

IV.

Renunciatio SCti Velleiani a foemina facta, in se validissima est, tum ob generale iuris principium, quo vnuquisque fauori pro se introducto renunciare potest,^{a)} tum ob effatum POMPONII.^{b)} Ait vero POMPONIUS: *Si mulier pro eo, pro quo intercesserit, iudicium parata sit accipere, ut non in veterem debitorum actio detur, quoniam SCti exceptionem opponere potest, cauere debebit, exceptione se non usuram, et sic ad iudicem ire.* Quibus ex verbis manifestum est, SCtum tunc in mulierem quae fideiussit, actionem concedere, vbi haec cavit, *exceptione se non usuram.* At vero tota mulieris perfecta obligatio hac Lege firmata, ratione illa, quod exceptione se non usuram cauerit, vix ac ne vix quidem nitetur, nisi generaliter SCto renunciare liceret. Tantum igitur abest, vt Lex ista, quod alii sentiunt, ad casum specialem sit restricta, vt potius generale contineat principium, eoque firmetur.

a) L. 29. C. de pact.

b) L. vlt. §. 4. ff. de SCto Velleiano.

Dissentit LUDOVICI Doctrina Pandect. Lib. XVI. Tit.

I. §. 10.

V.

8 SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

V.

Tantum abest, vt foeminae, quae intelligunt et volunt quod agunt, pacisci et contrahere ac eo nomine valide obligare se possint,^{a)} quoniam ex Legibus non appetat se obligandi facultatem iis esse ademtam, vt potius ipsa iuris auctoritate teneantur, atque citra SCti Velleiani auxilium conueniantur, quoties ipsae principaliter debitrices sunt.^{b)} Hinc equidem non dubito, quin et aliis indemnitatem promittere, ac eo nomine conueniri queant, dummodo nouam obligationem contrahant, nec aliam ab alio iamiam contractam in se suscipiant.^{c)} Mirum igitur esse non potest, qui factum vt I^CTus AFRICANVS^{d)} statuerit, matrem non habere SCti exceptionem, vbi tutoris heredi persuasit, vt suo periculo hereditatem adiret. Ita vero AFRICANVS: *Tutor pupilli deceperat herede instituto Titio: cum de adeunda hereditate dubitaret, quoniam male gesta tutela existimaretur, persuadente matre pupilli, vt suo periculo adiret, adiit: stipulatusque de ea est, indemnum se eo nomine praestari. Si ex ea causa Titius pupillo aliquid praestisset, isque matrem conueniret, negavit exceptioni*

ceptioni SCti locum esse. Mater itaque hoc casu obligata tenetur, quia haec tota obligatio, tanquam noua matrisque propria, ad SCtum non pertinet, vel vt ait ICtus: quando vix sit, vt aliqua apud eundem pro eo ipso intercessisse intelligi possit. Ex iisdem principiis is quoque, qui mandato mulieris adiit hereditatem, et ob id damnum passus est, a muliere mandante indemnitatem petere: haec autem SCti auxilio haud vti potest. Cuius rationem laudatus ICtus ipse ita reddit: *Quando, inquit, non ea mente fuerit, vt pro bis intercederet, sed tutoris aduersus pupillum et ceteros forte creditores indemnem hereditatem praestaret.* Quod vero ALEXANDER imperator constituit: *Sin autem tutore se excusare volente, ipsa se interposuit, indemnitatem ei repromittens, auxilio SCti vti minime prohibetur; id BRVNNE-MANNVS de casu, quo tutor est creditor pupilli, quoque mater pupilli pro filio suo indemnitatem promittit, meo quidem iudicio accurate accepit.* Quae sententia ex verborum Legis nexu haud difficulter colligitur. Quando enim dicitur: *tutore se excusare volente ipsa se interposuit,* verba haec indicant, ante susceptam tutelam adfuisse iam

B

obliga-

IO SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

obligationem, pro qua mater se interposuit. Cumque mater in fauorem tutoris intercessisse dicatur, alius casus quam qui a BRVNNEMANNO propositus est, hoc loco excogitari non potest.

- a) arg. §. 8. I. de inutil. stipulat.
- b) L. 2. C. ad SCt. Velleian.
- c) L. 6. pr. C. et L. 2. §. 5. ff. ad SCt. Velleian.
- d) L. 19. pr. ff. eod.
- e) L. 19. §. 2. ff. eod.
- f) L. 6. §. 1. C. ad SCt. Velleian.
- g) BRVNNEMANNVS Commentar. in Cod ad L. 6. C. ad SCt. Velleian. cum CVIACIO Lib. X. Quæfition. Papinian. T. IV. p. 200. sequ.

Paulo aliter GVLIELM. BEST. Ration. Emendandi Leg. Cap.V. §. 8. allegatam L. 6. C. ad SCt. Velleian. explicat, in eaque mulierem suscepisse obligationem tutorum, qui actione tutelae iam erant obligati, arbitratur; cuius tamen opinioni non adstipulamur.

VI.

Vxor post mortem mariti pro eo nondum valide intercedit, nec eius debita, pro liberanda fama fideque data, se soluturam vere promittit. Etenim vidua sicut etiam fideiubet, debitumque alienum, quod creditores

AD DIGEST. LIB. XVI. SPECIM. I. II

res ex hereditate mariti non sint consecuturi, in se suscipit, quod tamen cum effectu facere nequit.^{a)} Et quamuis blanditiae iam cessent, quibus mariti vxores ad intercedendum, et ut propria iura negligant, inducere decipereque censentur; vidua tamen adhuc foemina, adeoque SCto Velleiano tutta manet. Nec aliud ipse imperator IVSTINIANVS voluisse videtur, quando ait:^{b)} *Etsi consentiat mulier secundum speciem in intercessionibus, sit omnino indemnis, nisi etiam secundum, sicuti praediximus, celebrauerit consensum.* Quibus verbis vxor pro marito intercedens, eodem cum aliis foeminis intercedentibus iure gaudere significatur. Quamuis itaque Leges vxoribus hac in re praeferunt ob blanditias maritorum subueniant; iisdem tamen etiam si blanditiae cessent, ut foeminis adhuc subuentum intelligitur.

a) L. 2. §. 1. et 5. ff. ad SCt. Velleian.

b) Nou. LXI. c. 1. §. 2. add. §. 1.

Dissent. LAVTERBACH. Colleg. Pandect. Lib. XVI.

Tit. 1. §. 6. cum MEVIO P. VII. Dec. 229. et sequ.

VII.

Compensare is etiam potest, qui, antequam ex altera parte debitum superuenient.

B 2

rit

12 SELECTIORA IVRIS PRINCIPIA

rit, se soluturum quod debet, iuravit. Soluit enim qui compensat;³⁾ hinc illa qualitas sub qua iuravit, cessat, quandoquidem iuramento se soluturum promiserat debitum, quod nunc per superueniens alterius debitum, adeoque per compensationem ipso iure sublatum est. Iusurandum vero vi omni destituitur, quoties deficit id, quod quis praefitum se asseverauit. Deinde quamuis debitor, qui iuravit, soluat, ei tamen alter tantam pecuniae summam, quanta compensationem admittit, mox reddere tenetur; ex quo manifestum est, iusurandum etiam seruatum in effectu nihil operari, sed inutilibus ambagibus atque impensis tantum praebere ansam.

a) L. 2. L. 21. ff. L. 4. C. de compensationibus L. 2.
§. 3. in f. de dolo malo et met. exception. et perinde ac si naturaliter esset praestitum, solutum esse dicitur L. 4. §. 7. ff. de re iud. L. 76. ff. de V. S. vid. L A V T E R B A C H. Colleg. Pandect. L. XVI. Tit. 2. §. 6.

Obst. c. 7. c. 28. X. de iure iuriur.

VIII.

Fundamentum retentionis est aequitas
Lege probata;³⁾ Dolo enim et contra
aequi-

aequitatem facit, qui ab altero aliquid petit, neque tamen ipse quod debet praestat.^{b)} Hinc et soli dominus, qui a bonae fidei aedificatore in possessione constituto, domum petit, neque tamen materiae premium et mercedes fabrorum soluit, doli mali exceptione repelli potest.^{c)} Quando itaque DD. retentioni non aliter locum relinquent, quam si causa debendi cum retinenda re habeat connexionem, equidem eam sententiam eo minus probare atque pro vera habere possum, quo magis principia retentionis modo proposita eidem refragan-
tur, cum in eadem causa sit, qui rem sibi debitam petit, neque tamen ipse, quod citra connexionem cum re petita debet, soluit. Accedit quod imperator GORDIANVS^{d)} eo casu, quo quis alteri tum dato pignore, tum sine pignore credidit, aperte constituat, creditorem etiam ob chirographeam pecuniam pignus retinere posse. Ita vero imperator: *At si in possessione fueris constitutus, nisi ea quoque pecunia tibi a debitore reddatur vel offeratur, quae sine pignore debetur, eum restituere propter exceptionem doli mali non cogeris.* *Iure enim contendis debitores eam solam pecuniam, cu-*

B 3 ius

14 SELECTIORA IURIS PRINCIPIA

ius nomine ea pignora obligauerunt, offerentes audiri non oportere, nisi pro illa etiam satisfecerint, quam mutuam simpliciter accepterunt. Quo casu inter causam debendi et rem retentam nulla plane deprehenditur conexio, et retentio nihilominus ipsa Lege confirmatur.

- a) L. i. §. i. ff. de doli mali et met. except.
- b) L. 12. ff. eod.
- c) L. 14. ff. eod L. 33. ff. de condic. indeb. §. 30. I. de R. D.
- d) L. vn. C. etiam ob chirographar. pecun. pignus retineri posse.

Diss. B. IVSTVS HENNINGIVS BOEHMER Introduct. in Ius Digestor. lib. XVI. Tit. 2. §. 18.

IX.

Non tantum si res fungibilis, sed etiam si res non fungibilis vtenda depositario data, irregulare fit depositum; nam vtroque causa depositario quicquam conceditur, quod ex natura contractus non habet. Videlicet **VLPIANO** ⁴⁾ interprete *depositum est, quod custodiendum alicui datum est*: hinc toties, quoties depositario praeter custodiam a deponente in re deposita usus conceditur, a regu-

regula recessum, adeoque irregulare depositum constitutum est. Neutro tamen casu negotium, quod sibi persuadent alii, in mutuum vel commodatum degenerat, sed depositum manet. Nam PAPINIANVS ^{b)} ait: *Qui pecuniam apud se non obsignatam, ut tantundem redderet, depositam ad usus proprios convertit, post moram in usuras quoque iudicio depositi condemnandus est.* Irregulariter igitur depositum adhuc effectus depositi producit, adeoque simpliciter promutuo vel commodato haberi nequit. Totam tandem res haec est: accedunt dictis causibus quaedam, quibus natura depositi agetur, veluti ut depositarius re deposita vtaatur, eoque nomine casum fortuitum vel culpam leuissimam deponenti praestet.

a) L. i. pr. ff. deposit. vel cont.

b) L. 25. §. 1. ff. deposit. vel contr. add. L. 24. ff. eod.

Dissentit LVDOVICI Doctrina Pandect. Lib. XVI.

Tit. 3. §. 2. ob. L. 24. et L. 26. §. 1. ff. depositi vel contra.

X.

Depositarius ex eo solo tenetur, si quid dolo commiserit,^{a)} sub quo, ut inter omnes constat, in hac ciuili causa etiam culpa lata, intelligitur.^{b)} Praestat igitur depositarius in

re

16 SELECT. IURIS PRINCIPIA ETC.

re deposita culpam latam, quod et natura depositi commonstrat, cum ex deposito ille nihil plane capiat utilitatis. Sed hanc latam culpam non in abstracto, verum in concreto tantum praestari CELSVS ³) testatur; ait enim ICtus: *Quod Nerua diceret, latiorem culpam, dolum esse, Proculo displicebat, mibi verissimum videtur. Nam et si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est, nisi tamen ad suum modum curam in deposito praestat, fraude non caret: nec enim salua fide minorem iis, quam suis rebus, diligentiam praestabit.* Qua Lege clarissime cauetur, depositarium obligationi suae satifecisse fraudemque carere, qui secundum hominum naturam, attamen ad suum modum in re deposita diligens fuit, id est culpam latam in concreto praestitit. Quod si ergo depositarius in re sua exactam diligentiam praestat, eandem quoque in re deposita praestabit: contra, si in re sua improuide atque segniter agit, nec aliam maiorem curam in re deposita praestabit; et hoc pertinet quod imperator IUSTINIANVS ⁴) dicit: eum, qui negligenti amico rem custodiendam tradit, id suae facilitati imputare debere.

- a) §. 3. I. quib. mod. re contrah. obligat.
- b) arg. L. 1. ff. Si mensur fals. mod. dixer.
- c) L. 32. ff. deposit. vel contra.
- d) all. §. 3. I. quib. mod re contrah. obligat.

¶ * ¶ * ¶ * ¶

Leipzig, Diss., 1753

X 2373094


ULB Halle
007 231 946

3



B.I.G.

Farbkarte #13



D I S P U T A T I O I V R I D I C A
V I G E S I M A T E R T I A
**S E L E C T I O R A I V R I S
P R I N C I P I A**

A D

O R D I N E M D I G E S T O R V M E X P O S I T A
L I B R I X V I . S P E C I M E N I . C O N T I N E N S

Q V A M

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S

I N D V L T V

P R A E S I D E

I O . T O B I A R I C H T E R O

PHIL. ET I. V. D. NEC N O N P R O F. P V B L. ET
C O L L E G I I M I N O R. P R I N C I P. C O L L E G I A T O

A D D I E M V I I . A P R. A. C. N. M D C C L I I I .

H. L. Q. C.

P V B L I C E V E N T I L A N D A M P R O P O N I T

C A R O L V S H E N R I C V S K V P P E R M A N N

G V B E N A - L V S A T V S.

L I P S I A E

L I T T E R I S L A N G E N H E M I I S.

H. D. Galpfering